fatalijs Iuris, Exceptione Terrae bello Conuocationes ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiens nec modo aliquo ab obligationis euaden. hac sua praesenti personali Recognitione praemissa omnia mediante.

Bogacki Gorayskie° Quietat.

335

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosus Albertus Bogacki olim Generosi Martini Bogacki cum olim Generosa Anna Winiarska primum olim Generosi Valentini Czerninski, secundarum Vero nuptiarum Generosi Martini Bogacki procreatus Filius. Sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti Vero Castren. Capitan. Premislien. Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet Secum Successoribus bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq sufficienter palam, libere publice ac perexpressam recognouit. Quia ipse Generosum Iosephum à Goray Gorayski eiusq posteros de Summa Quingentorum florenorum polonicorum per Generosum olim Stanislaum Bersniak Patruum et Nepotem Generosum Stanislaum Bersniak in certa sorte bonorum Villae Pontolowice adsecurata per Generosum Vero Ioannem Gorayski super eisdem bonis Inscriptione Terrae Premislien. confirmata. Demum Vero ad Se Recognoscentem Iure naturalis Successionis deuoluta tum de eisdem inscriptionibus utriusq quoq Vero de omnibus Inscriptionibus Intercisis, Membranis, Chyrographis tam roboratis quam non roboratis earumq Roboratione debitis ac praetensionibus quibusuis ad diem praesentem modo quocunq interuenientibus ob persolutam sibi ratione praemissorum satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptiones omnes Chyrographa Membranas et Intercisas, cum earum roborationibus in toto Cassat, mortificat et annihilat praesentibus Recognoscens sibi in praemis-

sis omnibus sufficientem p[rae]stitam esse satisfactionem.

335 Gorayski à Tutoria Witowskich recedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisq[ue] p[rae]sentibus Castrens[ibus] Capitan[ea]l[ibus] Premisliens[ibus] Gen[ero]sus Josephus a Goray Gorayski, sanus mente et corpore exis[tens], a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis, quibuscunq[ue] proprijs et competentibus recedendo p[rae]senti vero Castrens[i] Capitan[ea]l[i] Premisliens[i] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus bonisq[ue] suis quibuscunque omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciens palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse e Tutoria p[rae]olim Illustrem ac Magnificum Stanislaum a Popow Witowski Castellan[um] Sendomiriens[em], liberis suis ex olim Mag[nifi]ca Constantia de Wobrow Gaiewoszowna progenitis in persona sui recognitis in-sora et ex persona p[rae]dicta Mag[nifi]cae Gaiewoszowna, uti sui recognoscens consanguinea, Jure naturali ad se recognoscent[em] spectante, recedit eidemq[ue] tutoriae tam iustae quam naturali ad liberos p[rae]fatos se se extendenti abrenuntiat et quia in dispositionem p[rae]fatorum liberorum et Administration[em] bonorum ipsorum idem Recognoscens nunquam se antea ingessit ita et in futurum se non velle ingerere declarat, Liberam eorundem Liberorum et pupillorum tam in personis quam in bonis eorum dispositionem administrationem et curam alijs tutoribus de iure ad id pertinentibus concedens facultatem hac sua personali recognitione ad p[rae]missa mediante.

336 Mankowski et Konopacki Robert, idemq[ue] Konopacki Statuet.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castrens[ibus] Capitan[ea]l[ibus] Premisliens[ibus] Gen[ero]si Mathaeus Mankowski ab una et Mar-